



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 40. Franciscanorum consilia de Metensi Urbe Cæsareis tradenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tebatur, Gallica vero Massiliam, unde **Sæcul. XVI.**  
venerat, paulo post se contulit. **A.C. 1555.**

## §. XL.

*Franciscanorum consilia de Metenſi  
urbe Cæſareis tradenda.*

Sub idem tempus detecta est conjura- **Sleid. l.c.**  
tio quorundam Franciscanorum, qui **Thu.l.15.n.6**  
Metensem urbem Cæſareis tradere mo-  
liebantur; cum enim eo tempore ge-  
neralia Ordinis sui comitia celebrarent, **Belc.comm.**  
**l.26. n.63.** hoc obtentu usi decernebant, ut mili-  
tes Monachorum habitu vestiti introdu-  
cerentur, perinde acsi viri essent Reli-  
giosi ad Capitulum confluentes: cum  
vero ad alendam tantam multitudinem  
ingens quoque vini, ac frumenti copia  
esset necessaria, hinc statuebatur, ut plu-  
rima dolia, quibus tamen arma inclu-  
derentur, urbi inferantur. His ita con-  
clusis Theodonis-villæ præsidiarii pos-  
tis loco idoneo prope Metim infidiis ur-  
bem aggredi jubebantur, cumque Galli  
abs dubio eos repulsuri urbe excedere  
pararent, tunc exhausta per Gallorum  
eruptionem civitate, milites a Francif-  
canis introducti ad arma conclamarent,  
portisque occupatis eos, qui in infidiis  
latebant, in urbem exciperent. Porro  
cum quidam Gallicæ Legionis Tribunus  
observaret, quod quidam Franciscanus

S 4      fæpius

**Sæcul. XVI.** sæpius Theodonis-villam ad hostes e-  
A.C. 1555. grederetur, suspicione inde oborta, eundem comprehendendi jussit, qui tormentis subiectus, quod rei suberat, mox aperuit: quapropter de Franciscanis promerita poena sumebatur, eorum vero Conventus Patribus, qui recollecti nominantur, hancque domum hodie adhuc possident, tradebatur.

### §. XLI.

#### *Cæfareorum molimina pro recuperando Mariaburgo.*

**S**ub Veris initium in Belgio rumor volabat, quod Cæsarei prope Castellum in agro Cameracensi undique magno numero convenienter, ut in Marienburgum, quod Galli priori anno ceperant, repentino impetu irruerent: hinc Rex, qui tum celebrandis Nicolai Valdemontii cum Joanna Sabauda Nemorii sorore nuptiis intentus ad Fontem bellaqueum hærebat, Santandream Marescallum, cum Vindocinensis Dux Gubernator absens esset, in Picardiam decrevit, unacum Carnutensi Vicedomino, pluribusque aliis Nobilibus, ut Sancti Pauli Comitatum longe, lateque ferro, flamaque delerent. Ergo Marecallus arrepto per Arthesiam itinere, agrisque devastatis, se se recipere simulabat, cum vero nuntiatum esset, quod Hispa-